



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiū Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Alypio. 180.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71898)

Ad modestiæ summisionisq̄ue animi fastigium hac demum ratione conscendemus (neque enim eum ego descensum sed ascensum esse statuerim) si pestiferū & exitialem superbiæ factum, atque ad orcum detrahentem arrogantiā tumorem extinguiamus, & in omnibus rebus modestiam colamus, nec quicquam, tanquam nullum hinc detrimentum accepturi, contemnamus. Etenim ea, quæ fiunt, anima sequi consuevit: atque naturæ vi ad ea, quæ studio habet, sese informat & effingit. Quamobrem sit nobis & grauis habitus, & mitis obrutus, & demissum supercilium, & minimè superbus incessus, & necessarius vestitus, & humilis cathedra, & frugalis ac plebeiis victus, & stragulum nihilo præstantius quàm necesse sit, & supellex ad tenuitatem ac vilitatē comparata, & domus Christianis digna, itémque & sermo, & vox, & congressus cum aliis ad modestiam potiùs quàm ad tumorem & arrogantiam spectet. Sic enim in omnibus rebus modestiam colentes ad cælestem arcem ascendemus.

Εἰς τὴν τῆς ταπεινοφροσύνης κορυφῆν ἀναβησόμεθα. ἔ γάρ ἂν χαταβασίην, ἀλλ' ἀνάβασιν ταύτῃ ἐργασασάμεθα, εἰ τὸν ὀλέθριον τῆς ὑψηφάνιας ὄγκον, καὶ τὴν εἰς εὐδὲ καταβιβάζουσαν τῆς ἀλαζονείας φλεγμονὴν σβέσομεν, καὶ ἀφ' πάντων ἀσκήμων τὸ μέτριον, καὶ μηδὲν παρὶδωμεν, ὡς ἔωξεν τὰ τοιαῦτα βλαβησόμενοι. τοῖς γὰρ παραπομοῖσι ἀπολαθῆναι εἴθεον ἢ ψυχῆς, καὶ πρὸς ἂ ὀπίτηδ' εὐεῖ τυποδοσάτω καὶ χημαπύρομαι πέφυκεν. ἔκουσ' ἔγω ἡμῖν καὶ χημα σμῆνον, καὶ βλεψίμα ἡμεροῖν, καὶ ὄφρις κατεσαλιδύη, καὶ βᾶδισμα μὴ σποσηιδύον, καὶ ἰμάτιον χρεῖδες, καὶ καθέδρα ταπεινὴ, καὶ τροφὴ λιτὴ, καὶ τρομὴ μὴ τῆς χρείας κρείττων, καὶ ἐπιπλα πρὸς εὐτελείαν ἰοκημῆρα, καὶ οἶκος ὑπέτων χρεῖταιοῖς, καὶ μὲν καὶ λόγος καὶ φωνὴ, καὶ ἡ πρὸς τὴν πέλας εἰτεξίς πρὸς μετρίότηθα μάλλον ἢ πρὸς φλεγμονὴν βλεπέτω. ἔγω γὰρ ἀφ' πάντων ἀσκούωτες τὸ μέτριον εἰς τὴν ἑράνιον κορυφῆν ἀναβησόμεθα.

Alypio. 180.

Αλυπία. ρπ.

Quoniam à me petisti quam ob causam Sara, quæ ætate admodum processerat, ac præsentē Abrahamo pepererat, dixit, Quis nunciabit Abraham, quòd Sara lactet filium? dicendum enim fuisse, quòd pepererit: hoc respondeo, istud, Quis nunciabit Abraham, perinde esse ac si diceret, O Abraham, quis in Persidem nunciabit quòd Sara sterilis & anus lactet? Nō enim habetur, Quis nunciabit ipsi Abraham: sed, Abraham. Quòd si non nimis contritum ac violentum hoc esse existimet, fortasse ad aliquem, qui eodem, quo Abraham, nomine appellaretur, hæc verba habita sunt. Ac propterea ne articulum quidem adiunxit. An autem eo quoque tempore abesset Patriarcha, dicere minimè habeo. Illud autem potiùs dixerim, quòd

Ἐπειδὴ ἔφησ' δι' ἐμὴν αἰτίαν ἡ Σάρρα ὑψηφάνιος γεννηιδύη, καὶ παρόντος ἔβρασαμ τεκοῦσα, ἔφη, τίς ἀγγελεῖ Ἀβραάμ, ὅτι Σάρρα θηλάζει παιδίον; ἐξελεῖ γὰρ εἰπεῖν, ὅτι τέτοκε. φημι δὲ τὸ μὴ τίς ἀναγγελεῖ Ἀβραάμ, τοῖσ' τὸν ὄντιν, ὃ Ἀβραάμ, τίς ἀναγγελεῖ εἰς τὴν πρῶσθα, ὅτι Σάρρα ἡ ἑτέρα καὶ χραῦς θηλάζει. ἔ γάρ κείτω, τίς ἀναγγελεῖ τῷ Ἀβραάμ, ἀλλὰ Ἀβραάμ, εἰ δὲ βιάσθ' οἱς ἡγεῖται. ἴσως ὁμωνύμου τινὶ τῷ Ἀβραάμ. διὸ ἔδδ' τὸ ἔρηρον πρῶσθ' ἔθηκεν, εἰ δὲ καὶ τέτε ἀπὸν ἐμὸν πατρίάρχης, ὅσ' ἔχω λέγειν. σκεῖτο δὲ μάλλον εἰποῖμι, ὅτι εἰ πρὸς αὐτῷ νόμίζωσι πρὸς εἰρησθαι, καὶ πρὸς παρόντων λέγεται, ὡς καὶ τὸ, τίς ἀναγγελεῖ τῷ κρείω

τῶ κρείων μου, αὐτὸς κρείων, αὐτὸς
 ἐπιμαρτυροῦν. τὸ γὰρ φῶναι τίς ἐπιμαρτυροῦν
 τῶ πελάγει τὴν τῶ ἀπὸ τῆς γαλακτο-
 προσίας πλέον τῶ πηλαῖο τὸ πλεονέ-
 ρον ἔχει. καὶ τὰ ἐν τῶν ἄλλων. ἄλλοι
 ἀλλὰ τὸ δ' οὐκ εἶπε τέτοια, ἵνα μὴ
 ὑποβαλεῖται εἶναι νομοθετῆ, ἀλλὰ
 ἰσχυρίζεται. αἱ γὰρ τῶ γαλακτοπιοῦ
 τῶν πικρῶν ἐπιμαρτυροῦνται. τὸ γὰρ γνησίως
 πικρῶν ἢ τῶ γαλακτοπιοῦ ὑπερβολὴν ἔχει
 δεικνύει ἐπιμαρτυροῦνται.

Εὐτομία Διελόγου. ρπα.

Τῶ φιλοσοφῶν ὅτι τὸ ὑβρίζεσθαι
 μὴ βελτιοῦνται, δύο τ' αὐτὰ προσέβηται
 φιλοσοφῶν εἰς τὸ φιλοσοφῶν. πῶς μὴ
 ἔστι λυπεῖν τὸς ὑβρίζοντα, ὡς τὴν τῶ
 ὑβρίζοντων ἀνεξικακίαν. πῶς ἔστι
 ἀμυνεσθαι αὐτοὺς μὴ διώκεσθαι, ὡς
 ἀρετῶν ἀποκοιῦνται. εἰ δὲ ἐμοὶ ἀπιστεῖς,
 ἀλλοθεν πῶς τῶν παλαιῶν τῶν πῶς
 ἀπερρήνατο. ἐρατηθεὶς γὰρ πῶς αὐτῶν
 ἀμυνεσθαι τῶν ἐχθρῶν, ἔφη. αὐτὸς κα-
 λὸς καὶ ἀγαθὸς γινώσκων. εἰ ποῖναι ὁ ἀρε-
 τῶν καὶ ἀνεξικακίας ἀσπῶν, καὶ τῶν
 πῶς ἐχθρῶν διδάσκει πληθῶν, δι' ἃ
 αἴτιαι μὴ ταῦτα τὰ ἀμυνεσθαι τῶν
 πολλῶν ποικίμεθα. εἰ δὲ πῶς καὶ συγγνώ-
 μῃ τοῖς ὑπὸ φθόρου βαλλομένοις
 νεμοί, καὶ εὐζοῖτο αὐτοὺς ἀνευχεῖν
 ἐκ τῆς τοιαύτης ματίας, καὶ μὴ μό-
 γον ἀμυνεσθαι μὴ ἐγγίνοι, ἀλλὰ καὶ
 συμπαροῦν τοῖς ὑπὸ τῆς κακίας χι-
 ρωθεῖσιν, ἕτος τῶ ὅτι ὅτι ὁ εὐκλει-
 νὸς φιλοσοφῶν ὅτι ἀγαθὸς.

Λαμπητίου Ἐπισκόπου. ρπβ.

Ὅπως ἢ δυνάμεις ἐν ἀδυναμίᾳ ἐπι-
 λεῖτο σωτήριος φρονήσεως. ἐπειδὴ γὰρ
 ματιζομένοι οἱ ἄποστολοι τῶν ματι-
 ζῶντων ἀπελεγνοῦντο, καὶ ἐλαυνόμενοι
 τῶν διακόντων ἐκράτου, καὶ ἄπο-

si quidam de eo hæc verba habita esse exi-
 stimant, etiam de presentibus, usurpatur.
 Quo in genere illud est, Quis annuncia-
 bit Domino meo? ipse Dominus, ipse
 exaudiet. Nam ita loqui, Quis lactis ali-
 mentum, quo puer utitur, adulto exponet?
 plus superfluitatis, quam probabilitatis
 habet. Ac de his quidem satis. Ob id autē
 non dixit, reperit, ne abortivus fœtus esse
 existimeretur: verum, lactat. Siquidem lactis
 fontes partum confirmant. Veri etenim
 partus argumentum certissimum est lactis
 profluuium.

Antonio Diacono. 181.

Eos qui acceptas contumelias philoso-
 phico ac patienti animo ferre minimē vo-
 lunt, hæc duo ad patientiā hortari debent,
 alterum, quod eos, qui contumeliam infe-
 runt, nihil aequè discutiatur, ut eorum, qui
 contumelia afficiuntur, patientia: alte-
 rum, quod nulla ratione ipsos equè vlcisci
 queamus, quā virtutem colendo. Quod
 si mihi minus fidei habendum putas: quid-
 nam de hac re veterum quidam pronun-
 ciarint, audi. Rogatus enim à quodam, qua
 ratione hostem vlcisceretur, respondit, Si
 ipse probum atque honestum virū te præ-
 bueris. Cū igitur, qui virtutem & patri-
 entiam colit, mortiferas hostibus plagas in-
 fligit, quin nos hæc arma & præsidia plu-
 rimi æstimamus. Quod si quis etiam iis,
 qui liuore feriuntur, veniā tribuat, ac pro
 ipsis, ut ex huiusmodi furore emergant,
 vota faciat, atque ita sit comparatus, ut nō
 modò à vindictæ studio abhorreat, sed eo-
 rum etiam, quos hoc vitium subegit, mi-
 seria commoueat, hic demum verè est,
 qui sincrerè philosophari nouit.

Lampetio Episcopo. 182.

Quænam pacto virtus in infirmitate
 perficeretur, paucis exponam. Quando-
 quidem enim Apostoli cū flagris cæde-
 rentur, eos, à quibus cædebantur, supera-
 bant, & cū vexaretur & exagitantur,